



Ant fundamenta contraria sententia; nam in dicta aulenti...

CAPUT XV.

Innocentius III. Episcopo, & Capitulo a Tragaruri.

Sicut tenor vestrarum litterarum nobis aperuit, cum P. lator presentium in sacerdotali esset officio constitutus...

NOTA.

Tragaruri. In hac sexta collectione, & in tertia, sub hoc tit. c. 3. legitur Tragaruri...

COMMENTARIUM.

Urosium, seu ex agitudine mente alienatum, inhabilem, atque incapax esse proficendi Religionem...

Sed tunc graviter obstat textus in can. 2. Conc. Tol. 12. in illis verbis: Etenim multos sepe conspeximus...

ceperant, observabant. Si quis autem quolibet modo penitentiam accipiens, hinc symonice violenter institutum...

religiosi; nam status penitentia solemnem non erat monasticus...

Ex proxime traditis exponendus est can. 1. ipsius Concilii Tol. 12. in cujus calce refertur...

CAPUT XVI.

Idem a Pisano Archiepiscopo.

AD Apostolicam Sedem, qua disponente Domino, cunctorum fidelium est magistra, super diversis articulis...

NOTA.

Pisano. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in Registro epistolarum Innocentii...

latam finivir: quod factum approbavit Ervigius sua lege specialis, atque laudatur Patres in dicto can. 1. Atque, nisi fallor...

seni, n. 4. Lezana tom. 1. cap. 24. n. 42. & cap. 25. n. 39. Diana p. 3. tr. 2. res. 177. & p. 5. tr. 3. res. 139. Hieron. Garc. part. 1. polit. regul. tr. 2. diff. 5. ab. 2. p. 2. 3.

BIBLIOTECA CENTRAL

BIBLIOTECA CENTRAL

dent. cum professo infra annum probationis emissa nulla sit ipso iure; ideo Praeclari pendente anno probationis professionem de facto concedentem penitentiam non esse penam statutum in dicitur. *cap. constitutionem*, docuerunt Veyrinus de Pralato q. 3. cap. 1. §. 1. *de iur. iud. de iust. lib. 5. cap. 4. num. 10. Latus lib. 2. de iustitia, cap. 41. dub. 7. num. 59. Vecchis dicit, cap. 11. dub. 6. Tambur. tom. 1. de iure Abbat. disp. 16. quæst. 7. num. 14. Garc. ubi supra.*

COMMENTARIUM.

**D**e habitu & loco, in quibus probandi sunt novitii, iam **egit supra in capite super eo 9.** De tempore ipsius probationis agit Innocentius in presenti: pro cuius expositione sciendum est, novitiatum, seu probationis tempus, ut appellatur in *c. super 51. de testib.* a sacris canonibus esse statutum; ut novitius disciplinam, & vitam monasticam experiri possit, & monasterium ipsius mores, & indelebem agnoscere valeat; an videlicet idoneus futurus sit, & vitam in solido solis confortio aggregari expediat. Accedit, quia hominem a laxiore vita ratione ratum ad strictiorem, arduamque morum disciplinam tranfire sine medio, non carere periculo prode D. Basilii in *q. 10. fule. disputat pulchre P. Elefanti epist. 13. ubi: Novitiorum claustralium mones adhuc desideriorum carnalium humoribus gravida, & tumentes non accipiuntur in sacratio Domini, nisi prius igne tribulationis torrentur, nec paleas priorum depositum assuetum, nisi per laborem, & abstinenciam confringantur. Facit Horatius in arte poetica.*

*Versari diu quis se rebus  
Quod valeant homines.*

Unde in Religiosis valde necessarium esse probationem, optime docet D. Bernardinus Senensis tom. 2. *serm. 24. art. 2. c. 1. ubi: Experientia teste quidam ad religionem venientes, in principio videntur agri, & modico elasto tempore sunt lapsi. Non sine magna experientia, & Dei lumine regula sanctorum Patrum prudentissime statuerunt, quod ad Religionem venientes antea probarentur, an ad talem Religionem apti sunt, & idonei? Quis enim adhaerere domus, vel navis materialis, non solentur, & provide perstruuntur ligna, & lapides; & diu cum multis scissuris, & unioribus parat, antequam in adificio ponantur: nec ad hoc quocumque accipit, sed solum solidos, & suo artificio aptos: quanto magis in spirituali Religionum adificio hoc servari necesse est? Latus utilitates hujus probationis prosequuntur Gallerus in *opuscul. Relig. c. 5. Gazeus ad Cassianum l. 4. inf. c. 3. Vvadingus ad epist. D. Francis. c. 20. n. 10.* Circa tempus autem hujus probationis, non tam advertebat, quam diversè reperitur Ecclesiarum constitutiones, & ipsarum Religionum leges. Primo enim tempus probationis antiquis videtur fuisse arbitrarium, & Abbatis iudicio relinquat, anctius, vel tardius novitius ad professionem admittetur, ut colligitur ex D. Basilii *in regul. fustori, c. 10. & in fine videtur Sanctus Ephrem, dum in c. 2. par. 17. docet, ex novitiati aptiores ad professionem certo tempore admitti, relictis in sequentem annum minus idoneis. S. Fructuosus Archiepiscopus, c. 20. Quod si quilibet conversus bonis, & parvis moribus entens, Abbas, & aliorum fratrum spiritualium fuerit iudicio comprobatus, pro merito & purificatione sua conscientia celeriter poterit fratrum confortio misceri. *Cæsius Arelat. c. 3. Annum integrum in eo quo venit habitum, perseveret; de ipso tamen habitu mutando sit in postulate Prioris, & quomodo personam, vel compositionem videtur, ita vel celerius, vel tardius studet temperare. Etenim vero primos monachos, vel monachorum prodromos, Iosephus refert de bello Judæico c. 7. per triennium novitius probasse, ubi: Per annum integrum extrinseci commoranti vitium tribuitur. Post probationem autem conscientia duobus annis alius alteri probatur. Cuiusque dignitas apparuit, tunc demum in confortium assumitur.* Tabennefortæ ex regula Sancti Pachomii ab Angelis tradita, ut refert Palladius in *Lusitana, cap. 38.* tribus annis novitius probatur; ubi: Porro quis semel ingreditur, nec posthinc cum aliis tribuennium sustinere certamen, non admittit, sed cum opera sacerdotis difficultate, sic prodeat in stadium post triennium. Quibus consonat tex-**

tus in *c. unica, 53. dist. 2. qui integritas, 17. q. 4. Iustinianus in novel. 5. colat. 1. & in l. servit. §. verum, C. de episc. & cleric. Synodus Constantina. c. can. 5. Aurel. 5. can. 19.* Plerumque tamen, & frequentius post anni probationem novitii admittuntur. *Cæsius lib. 4. inf. l. 7. ubi: Suscepimus, dum integro anno sumus circa peregrinationem exhibuimus famulatum, imbutum per hoc prima instrutione humilitatis, ac patientiæ, atque in ea longa executione præconium admittitur congruenter fratrum. Quam probationem per anni circulum statuit D. Benedicteus, ut patet ex ipsius regula, & refert Alexand. II. in c. Confaltus, 17. q. 2. ubi: S. Benedicteus regula, & præcipue patris, & prædecessoris nostri S. Gregorii canonica instruitio interdictum monachum ante unius anni probationem officii. Idem præscripsit spatium S. Cæsius c. 5. Perceolus c. 5. sua regula, S. Fructuosus Archiepiscopus c. 21. Fructuosus alter c. 18. Ternat. regula, ubi: Et nisi expleto anno nullus montare habitum permititur. Quod etiam ab omnibus Ordinibus Mendicantibus servandum Bonifacius VIII. decrevit in *c. constitutionem, hoc ritual. in 6. & Gregorius IX. firmavit in bulla Ministro, & Fratris Minorum missa, quam refert Vvadingus *anual. Minor. anno 10. num. 109. notavit Menard. ad concord. reg. cap. 65.***

Hoc tamen tempus probationis non erat adeo diligenter servandum, ut laxari, aut relaxari nequirit, iuxta mores, & devotionem ipsius noviti: unde D. Gregor. dum accepit, nonnullos monachos parvi religiose viuentes, ad biennium probationem ipsum protraxit, et refertur in *c. monasterii, 17. q. 3. & e contrario reverentiori novitio anni probationem relaxari posse statuit S. Fructuosus cap. 21. sua regula, ubi: Quod si quilibet conversus, bonus, & parvi moribus entens, Abbas, vel aliorum fratrum spiritualium fuerit iudicio comprobatus, pro merito, & puritate sua conscientia celeriter poterit fratrum confortio misceri, faciendum quod Abbas, vel fratrum optimorum consensus, liberatio faciendum. Sic ille. Idem permittit regula S. Perceoli c. 5. Si quis, inquit, veniat Religionem experire monasterium intraretur, nisi anni circulus, vel certe si Abbas visum fuerit aliquantulum temperare, antequam sex menses diuturno numero compleretur, monachorum consensu non iugatur. Similiter regula Ternatensis c. 21. ubi: Nisi expleto anno nullus mutare habitum permititur; sed si potenter tanta fuerit compassio, si hoc subsupplicatione assidua exigit non negari, quod nisi fideliter potenter conceditur, non quasi licitum habetur. *Cæsius quoque Arelatensis, contrarii, & extendi novitiatum tempus permittit cap. 3. sic: Unè ex senioribus tradita, annum integrum in eo, quo venit habitum, perseveret. De ipso tamen habitu mutando, vel lecto in seclia habendo, sit in potestate Prioris; & quomodo personam, vel compositionem videtur, ita vel celerius, vel tardius studet temperare. Sed tempus hoc non erat simpliciter necessarium, sed tantum sub ea conditione, nisi novitius, & Religio renuntiarent: unde professio emissa pendente tempore probationis, valida erat, *c. constitutionem, hoc ritual. in 6. ubi: Professio expressa, vel tacita fieri potest licite intra annum. Quo modo accipiendus est textus in *c. officii de eisd.* Sed hoc totum abrogatum est constitutione Conc. Tridentini, 25. de reg. c. 15. ubi cavetur: Ut in quacumque religione, tam virorum, quam mulierum, nullus ad professionem admittatur, si minor tempore quam per annum in probatione persevererit; professio autem antea facta nulla sit, & nullaque habet iuris effectum. Unde hodie nulla admittitur hujus anni probationis laxatio, seu renuntiatio. Plura pro ipsius capituli illustratione adduxerunt Sanch. lib. 5. *summa, c. 4. n. 19. Suar. tom. 3. de relig. lib. 5. c. 12. Castro Palao tom. 3. disp. 1. de statu relig. par. 2. §. 1. Basili. de matrimon. lib. 2. c. 9. n. 6. Diana par. 3. r. 2. inf. 57. & par. 5. r. 2. inf. 18. Lezana tom. 4. verbo Professio, Zypaas ad hunc tit. responso 3. Hieron. Garc. tom. 1. *politi. trad. 2. dist. 5. per tot. qui varios casus in utroque foro resolvit.* Et an de momento ad momentum annum computari debeat, ita ut non admittatur parvitas materia, nec per horam, novitice & fule disputat Narbona in *topograph. hora 1. num. 49.*****

C A P U T XVII

Idem a Acconen. Episcopo.

Sicut nobis est ex parte tua propositum, quidam clericus, cum agitudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sospitate desperans; habitum canonicorum regularium petiit, & accepit, ea in susceptione habitus exprimens, ac promittens, quæ solent in huiusmodi repositi: sed nec ad Ecclesiam transit, utpote infirmis gravatus; nec bonis suis ut cessavit. Postmodum vero sospitate recepta post xv. annos, & ultra, videnti, & scientibus venerabili fratri nostro Archiepiscopo, & dilecto filio Priore, & Canonicis Ecclesie Nazarenæ a quibus habitum susceperat regularem: tu, licet eo tempore, quo habitum susceperat, in Ecclesia Nazarenæ. Priore sollicitudinem exerecer, immemor eorum, quæ facta fuerant circa ipsum, in Acconen. eum Canonicum susceperat. Quia vero quid super hoc facere debeas, per nostras expostulas litteras edoceri, fraternitati tuae duximus respondendum, quod si regularem habitum se postulare susceperat, & ad observationem religionis & canonicæ sue se professione ligavit, ad relinquendum habitum Ecclesiastica est diffinitione cogendus; cum quod tanto tempore extra Canonicam mansit, non in excusationem eius, sed in majoris transgressionis argumentum merito valeat allegari. Datum Later. x. Kalend. Januar.

N O T E.

**A** Acconen.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 3. & in epitomis Innoc. Colonie editis, fol. 245. ex quo regestio restitua litterarum hujus textus. De Acconen. diececi jam nonnulla notavi in cap. 10. de sepulturis. **B** N-

h Nazaren.) Nazarenus, legendum est, Nazareth pulchra quondam, & flores Galilee civitas; Christi Domini in primis conceptione, educatione, civique matris B. Virginis Mariæ habitatio clarissima, omni hodie ornatu, & cultu destricta ac sine peno rivi seputa, vix humilem, & abjectum refert pagum. Præter collapsas enim domos, arcus, & muroque veteros, ac viles aliquos domunculæ, Maurorum habitacula, nihil est quod cernas. Hæ in foveis strætæ, & foris lapidibus hinc calce temere sparguntur. Situm tamen habet pulcherrimum & amoenissimum, posita in colle montis altissimi & nitidissimi, ut refert Jo. Cotovicus in *itiner. Hierosolym. l. 2. c. 6. Hæbit olim Canonicos regulares sub h. Augustini regula, & habitu degentes, ut tradit Pennotus l. 2. *hist. canon. regul. c. 41. n. 4. c. Religionis canonicæ.* Et his verbis facile constat, Canonicos regulares vere esse religiosos: quod & late probat Pennotus l. 1. *hist. canon. regul. fere per tot. & nos dicimus in c. 5. de statu monach.**

COMMENTARIUM.

**E**x presenti textu sequens communiter deducitur assertio: *Qui adversa valitudine capiti, etiam de salute desperans professionem emisit in aliqua Religione, in ea permanere cogitur. Probant eam textus in c. ex transmissa, 6. quod translationem, de renuove. c. prostrano, c. ficut, c. ad Apostolicam, hoc tit. c. litterarum, de voto. Petrus Damianus epist. 16. ubi gravissime invehitur in Maurum Episcopum, eo quod ausus fuit asserere, eam qui in agitudine postus habitum monasticum susceperat, si convalescit, posse ad seculum redire. Probaturque ex sacris Canonibus, & Toletano Concilio, non deseri sine peccato, quod sponte semel susceptum est; & ita concludit: Ecce iuxta Galassiani decreti sententiam, quacumque occasione, etiam nulli interveniat mora probationis, quisquis religiosus habitum semel induit, suadenti sibi relicto ad seculum licentia denegatur. Et c. 6. ubi: *Egrotos partem, & incolumes eadem regula comprobantur, non solum voluntarie, sed etiam violentè conversos, ultra etiam desceptoris machinationibus persistens, in eodem professo perseverare dicitur. Illustrant ultra laudatos in presenti a Barb. Suarez tom. 2. de relig. l. 1. de essentia voti, c. 7. & 8. & in 3. l. 6. c. 4. Averdando de metu l. 2. c. 21. n. 42. Basili. de matr. c. 29. n. 4. Thom. Sanch. in *Deol. l. 4. c. 3. n. 4. Lago de iustitia to. 2. de contrah. in gen. disp. 22. f. 7. n. 113. Balboa in presenti, n. 7. de prob. D. Antonius Pelaga in c. 1. de his que vi, in vat. decid. n. 2. 24.***

Sed pro dubitanti ratione in hac assertione ita infero: **Votum ex se perit voluntatem, atque voluntariam deliberationem, ut probat P. Sur. d. l. 1. de voto, c. 7.** Unde necessario debet intervenire votantis libertas: sed hæc deliberatio deest in agrotis ultimo languore depresso, imo voluntaria redditor, quia nisi infirmus agitudine urgeretur, votum non emitteret; potius enim de salute cogitans vivet, ut eam recuperaret, & ad seculum rediret; quam ut adimpleret promissum: igitur cum deest deliberatio voluntaria ad effectum voti necessaria, in presenti actu professo nullus momenti est. Auguet hæc dubitanti ratio, nam ut infirmus ad actum humani proper metum, parum refert a quovis adhibetur, dummodo est intercedat, lege non interstet, *c. de his que vi, sed notam est; infirmum per se metam incutere.* S. Leo *sermo de passione Domini, ubi: Non enim possit Dominus servare, & Magister moror esse discipulus, qui humana fragilitate irrogationem non vinceret, nisi videtur moris ante rimaret.* Ergo licet in presenti actu nisi ab alio non incutatur, cum tamen vere adfit, professio nulla redditor. Facit argumentum, quod deducitur ex *l. 2. §. si. l. qui levandus, ff. ad l. Rhodian de iudic. ubi docetur, quod si dominus levandæ navis gratia, dum navis vento, & crispantibus undis iactatur, merces in mari prope, proprietatem earum non amittit, quia non animo derelinquendi iactatur. Igitur similiter cum agrotus languore depresso, antecæ vitz memoria deterritus, votum, aut professionem emittit, non creditur dominum sui ipsius alienasse, si convalescit.*

Qua difficultate non obstante, vera est præsens decisio, pro cuius expositione sciendum est, quod licet voluntas coacta, voluntas fit; ut probavi in c. 2. de his que vi, quia propositum voluntatis nunquam potest esse omnino coactum, juxta D. Th. 1. 2. q. 6. tamen interdum per coactionem quamdam moralem, quo homini fieri solet per infirmitatem alicuius mali, vel ejus comminationem, ut illius vitandi causa ad votandum; sua profectum in aliqua religione inducatur, minuitur voluntas; quia homo ratione illius vult quod alius nolle, si liber esset: tali metu. Unde circa votum emissum ex simili vi, aut metu, sequentes casus directè sunt. Primus est quando vis gravis infligitur directè ad extorquendum votum; quo casu constans est principium, votum non valere, *c. non est 15. q. 1. c. presens 20. q. 3. c. pulle 20. q. 1. c. si quis 14. q. 5. c. ult. §. ex his 25. q. 6. Trid. sess. 25. de regul. c. 19. late probant pluribus relatis Averdando de metu l. 2. c. 10. n. 15. Valenzuela conf. 142. n. 7. Stephanus Duran. qq. iuris q. 4. Pelaga in d. c. 1. ratiocin. ult. n. 2. & 3. qui late, & doctè prosequuntur alios casus, in quibus ex metu non ita gravi, aut reverentia votum emittitur. Secundus casus est, cum votum fit propter metum provenientem ex naturalibus causis, veluti ex gravi morbo, ex naufragii periculo, & similibus; quo casu certum est, votum factum esse quocumque metu proveniente causa naturali, etiam gravissimi sit, non oblatre quo minus validum fit; obligetque ipsum votem, ut docent cum D. Th. 1. 2. q. 6. ar. 6. Theologi supra relati, *Suar. d. l. 1. de essentia voti, c. 7. Deinde sciendum est, infirmitatem corporis per se non includere demerentem, vel mentem non sanam, l. semum, C. qui testamento, l. 2. in adverb. ff. de test. etiam, etiam cum quis possit corpore esse languens, & infirmitate opprimi, mente tamen sana: quare ita lan-**

guore depresso potest testamentum, & alios actus legitime facere, licet proximus morti sit, mortisque cogitatione turbetur, *leg. hoc 3. de con. humanam, C. de testam. etiam si in extremis constitutus sit, l. 2. §. si. ff. de donat. causa mort. licet ejus confessioni non fitur in alterius præjudicium, l. 2. §. 1. ad Syllan. l. 4. ff. de inoff. l. 39. ff. de pignor. l. 28. ff. ad Vellejanum, Hlunnus ad *Treitl. disp. 3. theol. 3. quæst. 45. num. 6.**

Unde jam apparet vera ratio præsentis assertionis; nam quoties metus non est inefficax extorquendi votum, grave proveniat a causa naturali, sive libera, quantumvis violentissimum sit, non irritat votum, quia tunc a nemine impellitur votens ad votum emittendum, sed sponte sua votendi medium elegit: nam ille dicitur simpliciter, absoluteque velle, qui actu absoluto, & efficaci aliquid elegit hic, & nunc ut illud sua voluntate faciat, etiam si simul habeat simplicem displicentiam, qua nolle id facere, si absque illo incommodo posset: ita vero se habet, qui ex timore alicujus mali vult vivere, eligit enim hic, & nunc hoc medium, tanquam sibi convenientis, vel necessarium ad suum vitandi malum. Hoc autem nihil impedit ad valorem voti, quia nec intentio illius finis reddit materiam illius voti malam, ut per senotum est; nec etiam excludit, quin illi electio sit per actum provenientem ab intrinseco appetitu, cum perfecta cognitione, & iudicio omnium circumstantiarum occurrentium; in quo constitit, actum illum esse simpliciter voluntarium; unde constituit hominem simpliciter, & absolute volentem: nam voluntas coacta, voluntas est, *l. si mulier, §. pen. ff. quod metus causa. Est denique actus ille liber, quia non oblatre metu posset non fieri; unde confirmatur: nam si actus ellet de se malus, & liberitas illa ad peccandum moraliter sufficeret: ergo voluntas metu extorta sufficit ad obligandum Deo per votum: nam eadem est utrobique ratio, quod de peccatis artigit Augustinus in c. merito 15. q. 1. & q. 24. in Numer. dicens: Peccata per metum commissa, non esse peccata voluntaria, sed voluntaria, quia licet sit peccans alius nolle peccare, quia peccatum fecerit dum se, ac simpliciter inspectum illi displicet, tamen hic, & nunc libere vult peccatum, ut medium utile ad vitandum malum, quod metu imminet. Hæc autem ratio quoque de voto procedit; nam voluntas, quæ sufficit ad obligandum hominem diabolo, sufficit ad obligandum Deo.*

Nec obstat dubitanti ratio supra adducta; nam ut jam probavi, urgente agitudine, plena, & recta deliberatio dari potest, sufficienti ad votum emittendum, sicut ad alios actus humanos; & licet ita agrotus alius nisi infirmitate impellente forsan non voveret, tamen causa finalis fuit salus anime, licet impulsiva esse infirmitas corporis; metusque inde proveniens, qui cum intrinsecis infligatur a causa naturali, etiam gravissimas sit, non obstat quominus votum illa occasione emissum valeat, & obliget, argumento textus in *l. si mulier 15. ff. de eo, quod metus: ubi si mulier contra patronum suum in gratia facta, sciens se ingratum, cum de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit, vel promiserit, ne in servitum redigatur, cessat editum, quia hinc sibi metum ipsa infert; observat Glossa ubi, verbo *Quia*, & latus prosequitur Cardinalis Lago de iustitia, *c. 7. ubi, item, 2. contrah. in gen. disp. 23. f. 7. n. 136.* Nec obstat argumentum deductum ab exemplo ejus, qui levandæ navis gratia res suas proiecit in mare; etis enim longe dispar est ratio. Nam qui levandæ onulle navis gratia res proiecit, non habet animum ipsas absolute derelinquendi, nec ut amitteret, abiecit, sed ut medium inter metum, & spem, cuius afflicti contrarietatem eleganter depictit Anton. Martens lib. 12. *var. lect. c. 6. navim levatæ, ne tempestate depressa abhorberetur, statim ac levare cessante conquisiturus, & recuperaturus, ut expressè Consulti in supra citatis iuris: qui vero agritudine oppressus votum emittit, totum se Deo obtulit, nunquam ad seculum rediturus, etiam si convalescerit, unde ex sine ipsis voti animum se ipsum derelinquendi, ac nunquam recuperandi habitus novissima præsumptio est, juxta Ulpianum sic aptissime in proposito exponendum in *l. fallus 444 §. si iudicem, de iuris, cum Accursio, & Antonio Fabrò in d. l. 2. §. si. ff. ad l. Rhodian, prepe. litem: hancque fuisse Ulpiani mentem ipsemet explicat Ulpianus ex Labeonis, & Casii sententia, in *l. si familia, 15. §. si quis meus, de damno infecto: quem in hac rem noviter produco, & a dissentiu vindico, quo a ceteris peritis decisivis putatur.****

Supra traditis adhuc obstat text. in *c. Confaltus, 17. q. 2.* ubi Confaltus presbyter infirmitatis languore depresso monachum se fieri promittit, & tandem Alexander II. negavit, eum vere monachum factum fuisse: ergo quia professio emissa agritudinis tempore nulla est. Pro difficultatis solutione sciendum est, summum Pontificem in eo textu negasse Confaltum monachum non esse, non eo metu ex agritudine imminente; sed quia per annum probationis vestem, & vitam monasticam non peregerat: unde ex eo textu rectè a contrario sensu deducitur accedentibus aliis professionis solemnitatibus, prætextu agritudinis professionem ejus tempore emissam non viciari, ut deducunt *Suar. d. c. 7. n. 7. Pelaga supra, n. 50. & alia pro ipsius textus interpretatione adduxi in c. ex transmissa, de renuntiatione.*

Deinde obstat text. in *c. ex presentia, de prob. in cuius serie supponitur, votum religionis factum ab agrotis, debere post convalescentiam innovari; igitur quia a principio nullum fuit ob agritudinis metum. Cui difficultati respondendum est, & ea verba, *quod viti fuit praeviens*, &c. non esse Pontificis, sed partis allegantis, ut ibi notavi.*

CAPUT XVIII.

Idem Priori, & Conventui a Delvioniensi.

Lloet quibusdam monachis, & canonicis, necnon & Hospitalariis, & Templariis a Sede Apostolica sic b. indultum, ne postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit ipsi invitis, archidicriam etiam religionis obtinere...

NOTAE.

Delvioniensis. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 4. in sexta autem legitur, Dimissionis; Gloffia autem marginalis emendat, Dubiosus, seu Dubiosus. Unde adeo corrupta manet haec inscriptio, ut non facile cognosci possit monasterium, cujus Priori in praesenti retribuit Innocentius...

COMMENTARIUM.

Ex hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Religiosi zelo sanctorum vitae licet ad religionem strictiorem transire, & postea licet non obtenta sui Praelati licentia. Probant eam textus in c. non est nobis, juxta communem intellectum, hoc tit. cap. sane, hoc tit. cap. statutus, & c. mandamus, 19. quest. 3. cap. 20. quest. 4. extrava. rano, hoc tit. inter communes, Trid. sess. 14. de reform. cap. 13. & sess. 25. de reg. cap. 4. & c. 19. Illustant ultra congetas a Barbofa hic, & de iure Eccles. lib. 1. cap. 44. n. 76. Riccius de iure person. lib. 8. cap. 4. cum seq. Balboa in cap. 3. de jurat. n. 3. Azor p. 1. in fine, lib. 12. c. 14. & c. 15. Hephrenus lib. 4. dist. monast. 17. 2. dist. 6. Scortia in select. Pontif. constit. epist. 30. thesaur. 799. Sanchez lib. 7. in Decalog. c. 7. Saar. tom. 3. de relig. lib. 3. c. 8. Tamb. de iure Abbat. lib. 1. dist. 21. Rota apud Potthium de monast. dec. 164. Stanica de voto, g. 3. n. 30. Zyppaus ad hanc titulum, respons. 9. Aravio in decis. mor. 11. 6. g. 26. num. 28.

prafumunt, quot loca revisunt. Accedit, quod loci mutatio raro facit meliorem, juxta illud Horat. epist. 11. Caelum, non animam mutari, qui trans mare curant. Quodque ut plurimum falsa mutationis loci consilio proposita, vera animi levitate vocationem suam deserit monachus, & claustrum fugit.

Insolabiliter tamen illud mari, animusque Fort. & amor spiritus obstantis rumpere claudens, Cui plures aliteris, sua nimirum, est obla forte; Stultus utique locum, immutatum, causetur inquit, inquit ipse epist. 12. Sed revera (ut argute ipse subdit) In culpa est animus, qui se non effugit unquam.

Nec omittendus est Lucretius rem luculenter exponens lib. 3. de rebus natur. in fine: Si possent homines pariter, ac fontem videntur Pondus in se animo, quod se gravitate fatiget, Et quibus id fiat casus cognoscere, & unde Tanta mali tanquam motus in pectore consistit, Haud ita vitam egerunt, ut non plerumque viderent, Quis sibi quisque velit nocere, & quare possent Commutare locum, quod minus deponere possent.

Et post aliqua, quibus inquietum demerantis loca animam pingit, concludit: Hoc se quisque modo sinit. Verum quia juxta ipsum D. Bernardum d. 20. duce Spiritu libertatis licet transire de loco ad locum, ideo Ecclesia permittit transire religiosus de una Religione ad aliam, ita ut licet ulla ordo, seu monasterium integre ad aliam inconsulto Rom. Pont. transire non possit, etiam si non sit, sed de relig. dem. in 6. tamen privatus, vive vir, five femina, studio perfectioris vitae ad aliam Religionem transire possit, licentia petita a proprio Praelato, qui dum eam concedit, non debet absolute religiosum ab obedientia. Cone. Synod. tempore Gregorii X. can. 2. ibi: Sed hoc licetum sit Abbatibus, cum nec unquam liceret, monachos ad ordinem strictiorem transire absolute ab obedientia, qui monasterium officio inseparabiliter est annexa. Non tamen licet ad laxiorem sine licentia Romani Pontificis transire. Trid. sess. 25. de reg. c. 19. Riccius d. lib. 3. de iure person. c. 1. Sed si de facto transierit religiosus ad strictiorem Religionem, non ideo creditur apostata, vel in excommunicationem incidit, ut pluribus relatis probat Gibal. de clau. dist. 2. c. 2. §. 3. n. 24. Restituendus tamen est priori Praelato, donec cognoscatur, an strictior sit Religio, ad quam transire vult, c. non est, c. Joann. de hoc tit. Azor d. lib. 12. dist. 7. c. 14. Zyppaus respons. 49. ad hunc tit. ubi exponitur text. in c. sane, hoc tit. In hoc tamen examine non attenditur, utra Religio sit perfectior, sed quanam strictior sit. Riccius d. lib. 8. cap. 7. Quae tamen dicuntur strictiores, asperiores Religionem, exponit Barbofa in praesenti, Riccius d. c. 7. ad quam partem spectant textus in Clem. ut perfectiores, hoc tit. extrava. respons. 49. ad hunc tit. ubi exponitur. Trid. sess. 14. de reform. c. 11. Et idem in monast. transiuntibus ad alia monasteria sanxit in Conc. Augustan. can. 8. Sanctimonialis, quae spontanea voluntate strictioris vitae proposito se alligare voluerit, nulla re obstant, id quod bona intentione dilpulerat peragendum, ab Episcopo non impeditur. Resolvit Tamburinus ubi supra: & quis dicitur superior quoad licentiam petendam, & alia dubia, quae circa transiunt Religionem evenire solent, examinant, & resolvunt Azor, & Saar. ubi sup. Marini all. 105.

CAPUT XIX.

Idem Praeposito, & Decano, & Scholastico de Miren. a Colon. diae.

Veniens ad Apost. Sedem G. mulier latris praesentium simplici nobis insinuatione monstravit, quod cum matrimonio cum E. de Herd. Coloniens. dicitur in facie Ecclesiae contraxisset: & diu cohasset eadem, orta est dissensio inter ipsos, & sic suadente humani generis inimico, quod deinceps alter non requirit religionem, uterque corporaliter praestitit juramentum. Hanc tamen vir ipse causam divortii assignavit, quod quandam ipsius mulieris amicum cognovisset antequam eam duceret in uxorem: sed licet hoc assererent quamplurimi, nisi tamen fuit super hoc Ecclesiae facta fides. Cum autem postmodum ad secunda vota convolvisset uterque, secundo viro viam universae carnis ingresso, adhuc superstiti priore viro, dicta mulier se fecit in arcto e loco ad positentium agendam includi, ubi sex annis in devotione peractis, audiens a quibusdam discretis, & religiosis personis, quod se salvari non posset, exiit, ad Apost. Sedem accessit, humiliter postulans, & devote, ut ei dignaretur impendere consilium salutis. Nos igitur attendentes, quod illud fuit illicitum d. juramentum disse. v. per A. f. m. quae praefatum virum monere attentius, & inducere procurrerit, cum si necesse fuerit, per cens. eccl. ap. rem. cogentes, ut ea, quae superduxit, exclusa, praefatum recipiat mulierem, auditur postmodum si quid fuerit quaestionis, & illud deditur sine, ap. rem. decisur. Si vero contra matrimonium nihil fuerit ostensum, & vir sculo deservit maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei super hoc licentia tribuatis, ut & illa se possit in suo, juxta desiderat, proposito remanere.

NOTAE.

Colonienfis. Ita legendum est, non Coloens, ut legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 6. nam in praesenti agitur de Colonienfis diocesi Agrippina, ut notavit Chopius l. 1. de sacra pot. tit. 3. num. 1. De Ecclesia Colonienfis nonnulla notavit in cap. 7. de dote, & qual. b. Corporensis. Quod si Ecclesiae constaret, separandi erant, juxta ea, quae dabimus in c. super eo, de eo, quae cognoscit conjugium.

Prasur  
causa dicitur

Discretus  
dicitur

BIBLIOTECA CENTRAL

LIBRARI

CAPUT XX.

Idem Abbati de Affigen. a & Magistro R. & G. Canonis Trajecten.

Consulti sumus frequenter a multis, utrum is, qui monasterium est ingressus habitum sumendo novitii, si ante professionem emissam infra tempus probationis voluerit exire, licite possit absque apostasia nota, vel noxa praeteritam credimus distinguendum, utrum is proposuerit absolute vitam mutare, ut sub habitu regulari omnimodum Deo de cetero famuletur: an conditionaliter experiri observantiam regularem, ut ita demum, si sibi placeat proficere Ordinis disciplinam: aut si forsitan non placeat, moribus emendatis ad statum pristinum revertatur. In primo casu debet, ut regulariter vivat, ad laxiorem saltem regulam pertransire; in secundo potest in saeculo, non tamen, ut vivat saeculariter, remanere: & ut qua sit ejus intentio plenius agnoscat, propositum suum in principio protestetur. Hac ergo distinctione diligenter meditatione pensata, dil. f. Trajecten. Decanum inquiratis solcite, quae videritis requirenda, & statuta canonice, quae videritis statuenda.

NOTAE.

Affigen.) Haec inscriptio corrupte habetur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 50. Affigenium enim potens admodum est monasterium, in Cameracensi olim diocesi, nunc Mechliniensis situm; fundatum in honorem D. Petri ab

Henrico III. Lobani Comite, anno 1086. ut refertur Auberus Mireus in orig. Benedic. Buelinius r. 1. German. sac. fol. 3. Fratres Sammarthani r. 4. Gall. Christ. fol. 9. Vita mutare.) Nam tunc censetur renunciare anno probationis, & ita professionem emittere, ut docuit Gattier. l. 2. cap. 22. n. 33.

CAPUT XXI.

Lingoniensi a Episcopo.

Postulasti per Sedem Apostolicam edoceri, quare contra Judaeum procedere debeas, qui manus iniecit in quemdam Presbyterum violentus. Ad quod fraternitati tuae breviter respondemus, quod si didicisti Judaeum tuae jurisdictionis existit, ipsum poena pecuniaria punias, vel alia secundum quod convenit, temporali, faciens percussio satisfactioem congruam exhiberi. Alioquin dominum ejus moneas, & inducas, ut passo injuriam, & Ecclesiae ab eo satisfieri faciat competenter. Quod si dominus ejus id neglexerit adimplere: tu Christianis pro censuram Ecclesiasticam intendas, ne cum ipso Judaeo antequam satisfaciat, praesumant commercia exercere. Consequenter quavis illi, quid facere debeas de quodam captivo, qui se falso Episcopum asserens, altaria consecravit, & alia plura exercuit, quae ad officium pertinent Praefatus. Ad quod tibi taliter respondemus, ut illa, quae taliter egit, irrita nuncietur, & ipsum perpetuo carceri facias mancipari, pane doloris, & aqua angustiae sustentandam. Tertio quavis illi, utrum illi, qui in annis minoribus constituti, novitiorum habitum susceperunt, & infra annum postmodum facta professione ad saeculum sunt reversi, & ab Episcopis suis hoc scientibus ad sacros Ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis Ecclesiis ministrare, in quibus fuerint ab eisdem Episcopis instituti. Nos ergo fraternitati tuae breviter respondemus, quod propter hoc non sunt ab ipsis Ecclesiis amovendi, sed in eis possunt libere ministrare, nisi forte prudentia suppleverit in illis ratem, ut saltem transire debeant ad regulam laxiorem: cum ipsi absque protestatione religionis habitum assumendo, vitam praesumantur proposuisse mutare. Datum Laterani 7. Idus Junii, Pontif. nostri anno 5.

NOTAE.

Lingoniensi.) In quarta collectione, sub hoc tit. cap. 1. legitur Legionensi, sed tam inscriptionem, quam litteram restituit ex registro epistolarum Innocentii edito a Bologno, ubi l. 3. registr. 15. ep. 126. reperitur textus hic:

De Lingoniensi Ecclesia egi in cap. 3. de re scriptis. Hae priora verba referuntur in c. postulasti & de iudic. ubi exponemus. De etate ad professionem emittendam necessaria egi in c. quia in insulis, supra relato, ex quo commentario praesens petendum est.

CAPUT XXII.

Honorius III. a Episcopo Venetensi.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli sunt in diocesi Venetensi, qui licet pluribus annis gestaverint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt; unde cum super eo, quod habent proprium, & alias regulariter vivunt, a te, vel ab aliis arguantur, non erubescunt dicere, se ad carentiam proprii, & continentiam, ac alias regulares observantias non teneri, cum habitus nequaquam monachum faciat, sed professio portus regularis; quare super his Apostolicum postulasti remedium exhiberi, cum inordinata vita praevicatorum hujusmodi non solum eis periculum, sed etiam scandalum inferat mentibus aliorum. Ideoque fraternitati tuae mandamus, quatenus quoslibet tibi lege diceclana subiectos, qui praedicto modo terras vitis ingrediendo dubius, juxta Prophetam va sibi, & perditionem acquirunt, ut postquam per 6 annum gestaverint habitum monachalem, & regulam quoque secunda formam Ordinis proficantur, & servent, monitione praemissa, per censuras ecclesiasticas, appellatione remota compellat.

NOTAE.

Venetensi.) Ita legitur in quinta compilatione, sub hoc tit. c. ult. ex qua ita restituitur textus hunc, Guallelmo Praefato Venetensi, qui fuit ab anno 1233. usque ad annum 1238. missa est praesens epistola, Venetensis civitas est in Gallia, cujus

menerunt Strabo l. 4. Plin. l. 4. c. 18. Jobelin. l. 3. comment. de reb. Palest. c. 1. 3. c. 2. Habet Ecclesiam Cathedralen D. Petro dicantem, de qua agit Fratres Sammarthani r. 3. Gall. Christ. fol. 1186. Eius Episcopo Guallelmo missa est praesens epistola. Per annum.) Ad probationem videlicet assignatum, de quo egi supra in cap. super 9.

CAPUT XXIII.

a Gregorius IX.

Statuimus novitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus consuevit, vel ante professionem emissam ad priorem statum redire posse libere intra annum, nisi evidenter appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuo Domino deservire: cum quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introducit. Nihilominus statuimus ad omnem ambiguitatem penitus amovendam, quod cum in quibusdam locis religiosi novitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quae profitentibus conceduntur, ut novitiorum habitus a professorum habitu discernatur.

NOTAE.

Gregorius.) Qui praesentem constitutionem edidit motu proprio, ad decidendam quaestionem toties agitam,

an videlicet pendente probationis anno liceat deserere religionem, & habitum susceptum exuere; Quam ex novo, & veteri jure examinavi sup. in c. 9. hoc tit. ex cujus commentario praesens petendum est.

CAPUT XXIV.

a Idem.

NE religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriae detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Praetoribus manibus requiratur; statuimus, ut praesidentes Capitulis celebrandis secundum statutum Concilii generalis, seu Patres, Abbates, seu Priores fugitivos suos ejectione de Ordine suo requirant solcite annuatim. Quod si in monasteriis suis recipi possunt secundum ordinem regularem, Abbates, seu Priores eorum monitione praevia per censuram Ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salva Ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra provideant, ut apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, aliquo in aliis religiosiis domibus ejusdem Ordinis, ad agenda ibi poenitentiam talibus vitae necessaria ministrantur. Si vero hujusmodi fugitivos, vel ejectione inobedientes invenierint, eos excommunicant, & tandem faciant ab Ecclesiarum Praelatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

NOTAE.

Idem.) Gregorius videlicet IX. qui novam hanc constitutionem edidit pro religiosiis fugitivis, & ejectione revocandis ad proprium monasterium: & licet cum aliis Azor p. 1. insl. l. 12. c. 17. q. 2. Sanch. in Decalog. r. 2. l. 6. c. 9. n. 11. existimaverit, constitutionem hanc contraria consuetudine esse abrogatam; tamen confirmata, & instaurata ea fuit lege nova Urbani VIII. constitutione edita die 21. Septembris an. 1624. ubi dum de apostatis religiosiis, & ejectione decretum edidit, ita cavet. Postremo censuit esse innovandam, & lae beatitudinis auctoritate innovat constitutionem felicis record. Gregorii IX. relatum in c. fin. extra de regul. ac propterea, declarat, eam constitutionem in his quoque vindicare sibi locum, servandam quoque esse, qui iuste, diffinitiveque: ac juris ordine servato expulsi fuerint: dummodo tamen in expulsi hujusmodi subsit ppe evidens emendationis, ex litteris saltem testimonialibus Ordinarum; cujus contentiam in his litteris concedendis sacra congregatio serio oeneravit. Refert Barbosa in praesenti n. fin.

Concilii Generalis.) Glossa hic, quam sequitur Hostiensis, existimat verba haec referri ad Concil. Lateran. sub Innoc. III. celebratum, & relatum in c. in singulari, de statu monach. Circonius in parisi. ad hunc tit. in fine, ab hac Glossa sententia discedit ex eo, quod in dicto Conc. Later. non agitur de religiosiis fugitivis, & ita Gregorius IX. referendum esse ad Conc. Ebor. sub Crescentino celebratum, ubi verum fuerat, ne occasione negotiorum, aut peregrinationis religiosiis absque locio iter arripere, teste Rogero in insl. Anglia. Sed eodem modo refellitur haec Cironii sententia; nam in eo Concilio non agitur de monachis fugitivis persequendis, nec fuit illud Concilium generale: quare non potest Gregorius referri ad Synodum illam. Credo ergo Gregorium repexisse ad Concilium Generale, de quo in h. c. in singulari; non quia agatur in eo de monachis fugitivis perquirendis: sed quia statutum in eo fuit tempus celebrandi Capitulum a Regularibus, & formam in eo observandam Innocentius ibi praescripsit. Unde ait Gregorius in praesenti: Statuimus, ut praesidentes Capitulis celebrandis secundum statutum Concilii Generalis, &c. Non enim Gregorius expedit Concilium generale ad firmendam suam constitutionem, sed relative, ut cum Capitulum regularium congregandum sit iuxta formam praescriptam in dicto Concilio Later. generali, de fugitivis, & ejectione monachis perquirendis agatur, & ita libenter adheret Glossae, & Hostiensis in praesenti.

Fugitivus.) Fuga differt ab apostasia, nam fuga est recessus a monasterio, & obedientia, atque subjectione proprii Praelati; non tamen animo deserendi religionem, & manendi in saeculo, sive ad illud redeundi; sed aliquando vagandi quocumque praetextu, sive retento, sive abiecto habitu, nam in l. qui se fugitivus, ff. de edil. edict. ille fugitivus dicitur, qui extra Domini domum fugit causa, quo se a Domino celare, manit: quam explicat Villota de servis fugitivis in princ. Apostasia est recessus a Religione, & obedientia Praelati proprii, cum animo deserendi omnino institutum, & non redeundi amplius ad religionem, sive habitum retinendo, sive illum abieciendo: quare licet omnis apostasia a religione sit fuga, non tamen omnis fuga apostasia est. Ad fugam igitur requiritur iniqua discessio a conventu, & obedientia Praetorum; ad apostasiam vero exigitur deinde animus deserendi religionem, & in saeculo permanendi; quod dicitur agnoverant Sanch. in Decal. l. 6. c. 8. n. 2. aliis relatis Ferdinando a Castro rr. 16. disp. 4. punct. 16. n. 2. Gibalinus de clausura. reg. disp. 1. c. 2. §. 1.

COMMENTARIUM.

EX hac Gregorii IX. constitutione sequens deducitur assertio: Religiosi fugitivi, & ejectione annuatim sunt requirendi, & cogendi, ut ad claustrum revertantur. Quae conclusio probari potest ex Concil. Andegav. can. 9. ibi, Monachi, qui ceptam observantiam viam reliquerunt, & absque epistolis, & absque certis negotiis, vel necessitatibus per regiones vagantur alienas, cogita districtione, si se non emendaverint, ab Abbatibus suis, vel a sacerdotibus ad communionem non recipiantur. Verneae can. 10. ibi: Ut monachi, qui veraciter regulariter vivunt, ad Romanam Sedem, vel alicubi vagari non permittantur, nisi obedientiam Abbatis sui exercent. Et si talis casus evenierit (quod absit) quod ille Abbas sic remissus, vel negligens inveniat, ut in manus laicorum ipsam monasterium veniat, & hoc Episcopus emendare non poterit, & aliqui tales monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipso monasterio migrare velint, propter eorum animas salvandas; hi per consensum Episcopi licentiam habeat, qualiter eorum anima possint salvari. Rhemensis can. 25. Ne monachi, aut canonici occasionem quarant vagandi. Parisiensis sub Ludovico, & Lothario l. 1. cap. 36. Multi ecclesiasticae regulae subiecti, propositi, & loci sui desertores effecti, pallium quocumque ei voluntas fuerit, posthabita auctoritate canonica pergant; & non solum ab aliis Episcopis, & Abbatibus, verum etiam a Comitibus, & nonnullis aliis nobilibus viris recipiantur. Quod quantum & a divina, & canonica auctoritate discordet, in promptu est. Quod ne ulterius fiat, & ab Episcopis, & a ceteris ecclesiasticis Praelatis observandum, Aurel. l. can. 19. Ipsi autem monachi, qui fuerint pervagati ubi inventi fuerint, cum auxilio Episcopi, tanquam sagaces sub custodia revocentur. Toler. 7. can. 5. Vult vagos ab Episcopis, seu Rectoribus monasteriorum, ex quorum congregatione fuerunt, vel in quorum vicinitate consistunt, in monasterio omnimodo deputari. Synodus Constan. 2. can. 3. apud Balsamonem: Si qui praestitit monasterio, eos qui ei subiecti sunt, monachos non cum multa diligentia requirat, vel inventos non recipiat statim sancta synodus eam segregationi subijci, Conc. Nicen. 2. can. 21. Casaraug. can. 6. Tol. 4. can. 52. Religiosi propriae religionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur, sive hi, qui per diversa loca vagi serantur, ab Episcopis, in quorum conventu commorari nolcantur, licentia eorum coercentur, ut aut in clero, aut in monasterio deputentur. Salzeburgense t. tempore Gregorii IX. can. 2. Eisdem Abbatibus praecipimus, & mandamus, ut monachos fugitivos in saeculo divagantes revocare procurent, & secundum tempora Martini V. determinamus, ut quicumque Praelatus monachum fugitivum, per ejectionem ad monitionem Episcopi Rectorum, vel Visitationum Ordinis non receperit, ex tunc sit a temporalium administratione suspensus, donec recipiat Monachum vagabundum. P. Blesensis ep. 88. Illustrant ultra congestos in praesenti a Barbosa, Bruno Challaing. de priv. regul. rr. 4. c. 6. propof. 9. Haphicus disp. monach. l. 8. rr. 4. disp. 7. Tambur. l. 3. de iure Abbat. disp. 3. q. 7. Ferdinandus a Castro rr. 16. disp. 4. punct. 19. n. 2. Gibalinus de clausura. disp. 2. c. 4. §. 11. Girago de regim. regul. p. 2. dub. 29.

Sed licet haec assertio erga religiosos fugitivos sustineri possit, & facile procedat; tamen erga ejectione contrarius videtur sacris canonibus, & ipsi regalis monachalibus; nam monachum incorrigibilem ejiciendum esse in perpetuum a monasterio, statuerunt Alex. III. in c. relatum 7. ne clerici, qui monachi. Innoc. III. in c. cum ad monasterium, de statu monach. Honorius III. in c. ult. eod. tit. Et suis sanctis regulis idem statuerunt Sancti Augustinus ep. 109. quae est ejusdem Regulae, ubi de monacho incorrigibili ita ait: Etiam si ipse non abscesserit, de vestra societate projicietur; non enim hoc sic crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. S. Benedictus c. 18. de incorrigibilibus ageas. Tunc Abbas faciat, quod sapiens Medicus, si exhibuit fomenta, si unguenta exhortationum, si medicamina scripturarum divinarum, si ad ultimum unioem excommunicationis, vel plagas virgae, etiam si viderit nihil suam praevalere industriae, adhibeat etiam quod magis est, suam, & omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus, qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum fratrem. Quod si nec isto modo sanatus fuerit: tunc jam utatur Abbas ferro abscissionis, ut ait Apostolus; Auserte malam ex vobis. Et iterum: Infidelis, si discedit, discedat, ne una ovis morbida totum gregem contaminet. Magister de eisdem ageas, c. 12. Si placuerit Abbati, de monasterio expellantur. Consonant Concilium Aquil. can. 134. Madorus Pelafiosa l. 1. ep. 318. D. Basilides interreg. 57. in reg. bres.

Imaginatur haec assertio.

De clau-  
sura mon-  
achorum.

bravibus: quorum verba refert Gibal. d. c. 4. §. 8. Igitur si ejectione religiosorum ita convenienter est, & consona juris dispositioni, & regulis monachorum, non recte statuit Gregorius in presenti, monachos ejectione anuatiim esse requirendos, & claustris, aut carceribus esse mancipandos.

Qua difficultate ita iulicia non obstante, vera est praesens Gregorii constitutio: pro cuius expositione sciendum est, monachos, & quibuscumque religiosis rite, & legitime professis prohibuit esse e monasterio extrahi, & in insolito Prelato. Concilium Trullan. cap. 16. ibi: „Si qui in monasterio conversi sunt, aut conversi voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam evagandi. Synodus Trull. cap. 46. ubi cum de claustris sanctimonialium ageretur, de monachis ita dicit PP. Sed & viri, qui vitam monasticam persequuntur, urgente necessitate, & ipsi cum benedictione eius, cui regimen creditum est, procedant. Nec etiam praetextu peregrinationis Romanae licet monachos e monasterio extrahi. Concilium Veronense can. 10. ibi: „Ut monachi, qui veraciter regulariter vivunt, ad Romanam Sedem, vel aliqui vagari non permittantur. Et quia varii praetextus querebantur a monachis, ut exirent e monasterio, ut omnes vagandi occasiones praedicerentur, etiam negotii praetextu, egressus e monasterio ab Episcopo Praelati licentia denegatur in Synodo Mogunt. sub Carolo can. 20. ibi: „Ut omnia necessaria intra monasterium exercentur, ut non sit necessitas monachis, vel clericis vagandi foras, quia non expedit animabus eorum. Meldense can. 57. „Ut monachi, quibus monasteriorum cura commissa non est, passim, & sine auctoritate palatium non aedeant, nec in eo immorentur, vel ubi, & ubi discurrere, ac pervagari praesumant. Synodus Romana sub Leone IV. can. 28. ne monachi a monasteriorum claustris absque Abbatis, vel qui ab eo est constitutus, licentia, ad quolibet opus excedendum egredi praesumant. l. 29. C. Episc. & Cler. Qui in monasteriis degunt, praesentem inde exeundi non habent. Concilium Chalced. c. 4. Trull. can. 46. l. 1. C. Theod. de monachis. Quae omnia innovavit Trid. sess. 25. regul. c. 4. Cum licentia tamen proprii Praelati possint etiam perpetuo extra monasterium degere. Quare cum Alexander II. in can. iuxta 16. q. 1. praecipit monachis in claustris morari, intelligendus est, nisi licentia Praelati praecedat, nam Pontifex ait, sequi se Chalcedonensis Concilii tenorem. Et in can. 2. s. h. Concilii, ita legitur: „In quibus ordinati sunt locis foriter perseverantes, nec ecclesiasticis, nec secularibus negotiis se ingerant, vel communicent, propria relinquunt monasteria, nisi quandoque a civitate Episcopo eis permittitur fuerit. Illa autem verba, quae sequuntur in d. c. iustis, ibi: „Ad normam S. Benedicti intra claustrum morari praecipimus; recte exponit Gibalinus ita, ut sensus Alexandri sit, ut praecipit omnibus monachis morari intra claustrum, prout S. Benedictus in sua regula praescriperat, videlicet ne etiam praedicationis, aut peregrinationis causa monachis liceret extra monasterium vagari; cum licentia vero Abbatis liceret e monasterio exire: quo modo etiam intelligitur textus in cap. iuxta 2. r. 6. q. 1. iuncto ipso Gibalino d. c. 2. §. 3. n. 9. & plura de claustris Religiosorum congestet Navarrus comment. 2. de regul. Suar. de relig. tract. 8. l. 7. c. 3. n. 3. Tambur. de iure Abbat. l. 3. disp. 8. q. 6. n. 3. Aravio tract. 3. quest. 27. moral. Bonac. de claustr. quest. 2. par. 1. Unde totae Ecclesiae legibus cautum reperitur; ne monachi extra claustra vagentur. Concil. Meldense d. can. 57. probat Gibalinus dicta disquis. 2. c. 2. §. 3. Et leges Imperiales conferunt monachum refugium, ab Episcopo, vel Praefide apprehensum in monasterium deduci debere: si deo fugiat, militia, aut honore, quo fungebatur, spoliatum, inter officiales Praefidis Provincia servare. Novel. 123. Justin. & si servilis fuerit conditionis, pristino domino restitui debere, l. servus, C. de Episc. & Cler. novel. 5. Justin. c. 4. notantur Ballamon ad novelam Thauri, tit. 9. c. 32. Menardus in not. ad concord. regul. c. 20. §. 7. Indequae e monasterio exire, ut grave scelus, tam veteribus, quam novis Ecclesiae legibus veadicatur, & in antiqua monastica disciplina fugitivos sponte redeuntes post emendationem Praelati recipienda in ultimo gradu, & si tertio fugerant, non amplius eos recipiebant, juxta regulam D. Benedicti cap. 29.

Frater qui proprio vitio egreditur, ac proscindit de monasterio, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem vitii, pro quo egressus est, & sic in ultimo loco recipiatur, ut ex hoc ejus humilitas comprobetur: quod si deo exierit, atque tertio recipiatur; jam vero postea sciat omnem sibi reverentiam adnegari. Illustrat Gibalinus d. c. 3. §. 3. n. 26. & disciplinam hanc consonam esse aliis regulis Sanctorum PP. defendit Hæphrenus l. 8. disp. 21. c. 8. & Menardus ad concord. regul. fol. 1034. De penis iuxta conjuncta cum apostasia agemus in c. fin. de apost. Secundo sciendum est, ejectionem, seu expulsionem religiosi e monasterio adeo gravem poenam esse, ut merito ejus usus in dubium revocetur a D. Isidoro c. 16. regula; his verbis: „Quamvis frequentium, graviorumque vitiorum voragine sit quipiam immerfus, ne forte qui poterat per diuturnam poenitentiam emendari, dum proicitur, ore diaboli devoretur. Facit etiam & illa ratio; nam cum religiosus tradiderit se religioni contra quodam reciproco professionem acceptam, sicut religiosus nequit habitum exuere, religionem ejicere, cum mutua sit, & aequalis utriusque obligatio. Nec hac poena ejectione, aut religioni ejicienti commoda esse potest; nam ejectione multo liberius peccabit, imo in omnia se vitia praecipit dabit, unde non ejus emendationi per

De pena  
ejectionis.

ejectionem consilium; nec etiam Religioni conveniens est poena hae, siquidem alii ut liberi vivunt, incorrigibiles fiunt; ut ita ejiciantur. Unde cautius esse monachos incorrigibiles carceribus mancipare, quam ejicere de monasterio, docuerunt Cardini in Clementi, ne in agro, §. qui vero, de statu monach. Abbas in cap. cum ad monasterium, n. 12. de statu monach. Hæphrenus in summa, tit. de pauper. no. 4. Immola in c. cum in ecclesia, n. 8. de major. & oblat. Angelus in summa, verbo Abbat. n. 18. Gratias part. 1. decis. 1. §. 3. n. 145. Sed contrarium, imo omni tempore in Ecclesia poenam hanc ejectionis usitatum fuisse, constat ex canonibus supra relatis, & veteribus regulis Sanctorum Patrum; atque eas usum defendunt Gibalin. dict. §. 11. Hæphrenus d. disp. 8. Chassang. d. praes. 9. quoniam bonum commune religionis praeponebunt est particulari. Unde cum utrumque non potest obtineri, minus id est particulare, postponendum est bono majori, videlicet communi. Hoc autem fieri non potest, nisi ovis morbida alios suo pravo exemplo, & improbitate inficiens, expellatur, & caro resecetur, ut docet D. Hieronymus relatus in c. referenda 24. q. 3. Alioquin illorum exemplo ad similia inducerentur, ut satis experientia docuit. Non tamen ipsi ejectionem liberentur a votis emissis professionis, unde si ita ejectione contrahant matrimonium, praeterquam quod invalidum est, puniri possunt ab Inquisitoribus haeretice pravitatis. Plura de ipsis expulsis, & eorum conditione tradunt Giballinus, & Chassang. ubi supra. Bravo in not. ad regul. D. Benedicti, cap. 26. Thomas Delbene p. 2. de offi. Inquisit. dabit. 236. fol. 34.

Quibus ita animadversis ratio praesentis afectionis provenit ex eo, quod cum fugitivi, & ejectione per usum monasterium proprium privent utilitate & commodis, quae eis suis subditis habet, illudque discesse, ac divagatione infamant, & alios scandalo sunt, ipsi vero in statu damnationis existant, debeant Praelati communi bono religionis, & fama conservare, religiosorum salutis spirituali prospicere, cogunt fugitivos annuatim requirere, & revocare, si possunt, atque tam poenis, tum aliis modis illos emendare, ut in presenti Gregorius constituit, qui circa fugitivos tria praecipit. Primum, ut superiores illos sollicitè annuatim requirant: secundum, ut si in monasterio recipi possint juxta ordinem regularem, Abbates & Praelati ad eos recipiendos compellantur, etiam per censuram ecclesiasticam, salva ordinis disciplina, hoc est, ut interpretatur Glossa, imposita illis poenitentia ex praescripto regulae. Tertium, quod si disciplina regularis non patitur eos in illorum consortium iterum recipi intra eodem monasterio, in locis competentibus, vel in aliis domibus ejusdem Ordinis, id est, in loco, ad agendas poenitentiam includantur.

Nec jam obstat difficultas supra adducta, quae oppositi claustrici repetentes hic, & Doctores supra laudati, varias hinc constitutioni assignant interpretationes. Communiter docetur, textum hunc intelligi de ejectione iniuste, vel ex defectu potestatis in dimittere, vel ex defectu causa, seu ordinis judiciali non servati, qui debent requiri, & in monasterio detruji; quod si procederet, si jure & per sententiam diffinitivam ejectione esse: ita docuerunt Navarrus ad hunc titulum commentarij 2. n. 36. & l. 3. consil. tit. de regul. in l. edict. consil. 51. Rodriguez in l. 1. q. 9. regul. q. 30. Azor l. 12. inf. in l. 1. c. 17. alii relati a Thoma Sanchez l. 6. summa, c. 9. n. 18. Praesentem constitutionem ut contrariam consuetudini negligit Ferdinandus a Castro trad. 16. disp. 4. par. 19. n. 2. quem & sequitur Gibalinus d. disp. 2. c. 4. §. 11. n. fin. qui existimat, Gregorium in presenti non agere de monachis ejectione absolute, & in perpetuum, sed ad tempus duratam; qui nisi exacto tempore ad monasterium redeant, fugitivi censendi sunt, ideoque fugitivos comparantur, & simul cum ipsis requiruntur, & ad monasterium redire coguntur, puniendi tamen sunt in eodem monasterio, vel in alio ejusdem Ordinis, salva regulari disciplina. Sed hac solutio prolixior divinatoria est, cum generaliter Gregorius agat de fugitivis, & ejectionis, nulla distinctio inter ejectiones ad tempus, vel in perpetuum. Quare omittis his solutionibus, pro vera sensus textus interpretatione sciendum est, olim Praelatos Religionum facultatem habuisse dimittere monachos etiam, jam profectos, cum illis videbatur religionis ejectione exire: unde D. Benedictus in sua regula, cap. 48. ubi agitur de professione monastica, statuit ut ille vestes faculares, quas novitius probationis tempore gestabat, & cum emittat professionem, exuebat, diligenter asserverent, ne si ad laicum rediret, discedat in habitu religioso. Idem statuit D. Basilus in Aleretis, ubi inquit, olim discedere solitos monachos, si quocumque dimitti constituit ipse pag. 336. columna 2. ad finem & pag. 339. col. 1. circa medium, & in regulis suis, disp. interreg. 28. 29. & 47. & in regul. brevior. interreg. 57. 61. 103. & 155. Id etiam probatur ex D. Gregorio l. 2. dial. sup. 51. ubi agens de quodam monacho, qui in ordine D. Benedicti facultatem discedendi efflagitabat, & ita inquit: „Cumque eum vir Dei assidue corripuerit, dum proicitur, ore diaboli devoretur, ipse vero nullo modo consentit in Congregatione perseverare, atque importunis precibus, ut relaxaretur, minussistere. D. Aug. serm. 16. de commun. cler. vix. ibi: „Qui volunt non habere aequo proprio, quibus non sufficit Ecclesia Dei, maneat ubi volunt, ubique possunt, non eis auferat clericatum. Quae, & alia Sanctorum Patrum testimonia docere debent, hanc defendit sententiam Basilus Legionensis q. 3. s. 1. d. c. 10. cum autem Praelati hac facultate abutentes a monasterio

8  
Praesentis  
ratio dicitur.

Expositio  
praesentis  
textus.

10  
Exponitur  
can. 12. ibi.

steri monachos ejectione, qui postea per faculum vagabatur, statuit Gregorius, ut Praelati ipsos annuatim requirerent, & monasteriis manciparent; & postea Urbanus VIII. supra relata constitutionem hanc innovavit, ut tantum ex gravissimis causis, daraque incorrigibilitate Praelati possent religiosis e monasterio ejicere. Sed supra traditis obstat Synodus Romana sub Gregorio VII. can. 12. ibi: „Monachi, qui relinquunt suum habi-

tum, vel absque licentia sui Abbatis vagantur, non recipiantur. Ex quibus verbis expresse constat, monachos fugitivos, & vagantes non esse amplius recipiendos; igitur frustra annuatim requiruntur. Cui difficultati respondendum est, illa verba, non recipiuntur, non esse referenda ad Praelatum proprium ipsos monachi legitivi, sed ad alios Praelatos, sive Regulares, sive seculares, juxta textum in cap. 3. no. q. 4.

# TITULUS XXXII.

## De conversione Conjugatorum.

### CAPUT PRIMUM.

Alex. III. Eliensis a Episcopo.

**R**ateo, utrum laicus uxoris, qui praesentibus sacerdotibus, & monachis, ignorante Episcopo, de licentia, & permissione uxoris sua monasterium ingressus, & forte professionem fecit, uxore in seculari habitu remanente, nec ad religionem transeunte, aut perpetuum continentiam vovente, ab Episcopo suo possit ad chorum uxoris revocari, an illa compellenda sit ad observationem continentiae pertransire: Dicimus, quod nisi uxor ad religionem tranierit, aut castitatem perpetuo servare promiserit, vir debet, & potest ab Episcopo de monasterio revocari; quia cum una caro sint effecti, non debet una pars in seculo manere, & altera ad religionem & castitatem transire. Verumtamen uxor monenda est, & propensius exhortanda, ut ad religionem transeat, & castitatem servare promittat.

NOTAE.

**E**liensis. In appendice Concil. Later. p. 56. a. legitur Hæroforthensis; sed in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. habetur, Hærothensis; & additur, pars capitis Super eo; unde agnoscitur, in presenti referri partem textus in c. super eo, de regul. & ita legendum esse, Eliensis, ut jam in ipso notavi.

### COMMENTARIUM.

**E**x hoc textu sequens communiter deducitur assertio: „Vir non potest religionem ingredi uxore remanente, imo nec contentante, nisi simul converteretur ad religionem, si juvenis est, aut castitatem in seculo promittat, si senex. Praesentem autem textum in c. mulierum, c. Agathensis, c. quis Agathis, & c. de viri potest. 33. q. 5. cap. 14. §. 2. d. c. Episcopus, 77. d. c. cum sis, c. uxorem, hoc tit. c. cum causa, s. praeterea, de vacat. c. lege 1. §. hanc, d. 10. c. una sola, c. quod Deo, c. secundum, 33. q. 3. Gregorius VII. in Synodo Romana anno incerto, c. 20. ibi: „Si conjugatus vir monachus fieri, ex consensu mulieris fiat, ut illa fiat monacha, vel proficiatur castitatem; quia eo vivente monacho, nonquam habebit alium: similiter de muliere. Si quis istorum pravitate fuerit mandatorum, excommunicationi subiacet. Refert Ant. Augustin. in epis. ser. l. 9. tit. 11. Concil. Abrincense tempore Alex. III. c. 20. „Vir ad religionem non transeat, uxore in seculo remanente, vel conversi ambo vacandi operibus carnis tempus excedere. Illustrant ultra concelios a Garanna, & Barb. hic, unde Barbosa de praes. Episc. alleg. 10. n. 45. & de iure Eccl. l. 1. c. 33. n. 12. & c. 35. n. 12. & c. 42. Bail. de matr. l. 9. c. 11. 12. & c. 13. & l. 10. c. fin. Landmet. l. 2. de veteri mon. c. 101. Bellar. l. 1. contro. l. 2. de mon. c. 37. Acuna in c. affinis, d. 28. & in c. 14. d. 35. & in c. Episcopus, 77. disp. Elpenceus l. 6. de voto continentia, c. 1. Azor. l. 1. inf. l. 12. c. 1. D. Nicolaus de Castro in §. 1. inf. de emp. n. 68. Tondutus res. sol. can. c. 116. Vvading. ad opera D. Francisci, fol. 246. Cazanovus in notis ad Castellanum, collat. 21. c. 9. fuisse Thomas Hurtado l. 2. de res. res. l. 1. per tot. Cyprianus in Novella 22. Justin. Balboa in c. Gaudemus, n. 178. de divor. P. Gregor. l. 3. parit. tit. 2. c. 4. Joannes Darts ad Decret. in 27. q. 2. Probant conclusionem hujus textus D. Aug. ep. 45. ibi: Nemo est uxore sua non sicut a conjugatis, nisi ex consensu & voluntate communi. Illustrat Fabrotius in l. 52. tit. 3. l. Episcopus, Balsam.

Sed pro dubitandi ratione expendam caput 9. collationis 21. Cassiani, in quo singulari Abbatis Theonia factum narratur, qui dimissa uxore, etiam invita, & reluctante, ad eremum, & monachatum se contulit, rationibus illis motus, quos relet Cassianus per hac verba: „Cumque humilimodi obsecrationibus jugiter persistenti conjux durissima non praerogaret assensum, seque diceret: laico maritali pro aratis sua flore penitus abstinere non posse, ac proinde si quid deferta ab eo criminis admisset, illi potius adscribendum, qui conjugii foedera dirupisset. Hæc ille, cum dia conditionem naturae pretendisset humane, quam fragilem, & incertam; periculoseque esse carnalibus desideriis, & operibus diuque implicari, adiciens adhibere, non licere curamque ejus de boni extorem facere, quod didicisset; majorisque esse noxae despicere cogitant bonitatem, quam incognitam non amare: proinde se jam reatu etiam pravicationis involvi, si inventis tam praclaris, tamque coelestibus donis, terrenae, ac tarda praesulisset. Ad omnem sane abiecit artem, omnemque lexum perfectionis magnificentiam pertinere, & directa

Ecclesiae membra ad consendendam sublimium meritum celsitudinem provocari, dicens Apostolo 1. ad Corinthios cap. 9. sic currite, ut compellamini: nec propter levitatem, & segnum moras, parasos, atque alacres debere solitare, cum rectus sit, & desicet a praesentibus incertum, quam ut prosperitates a desideribus obligentur. Proinde statutum sibi dicebat, decrevitque esse secundum illud Matthi, cap. 19. renunciate seculo, ac mori mundo, ut vivere possit Deo: & si hanc beatitudinem nequere obtinere, ut cum socia sua in consortium transeat Christi, mille se vel cum anis membri dispendio salvum fieri, & velat debilem introire in regnum caelorum, quem cum soliditate corporis condemnari, ut probatur ex Deuteronomio cap. 3. ex Matthi cap. 19. & Exodi cap. 20. Adjiciebat autem etiam ista, dicens: Si Moyses pro duritia cordis dimitti permitit uxores, quare hoc non fuit Christus pro desiderio castitatis, praesertim cum idem Dominus Lucae cap. 14. & Matthi cap. 19. inter ceteras affectiones (id est patrum, & matrum, ac filiorum, quibus omnem reverentiam, non solum lex, sed etiam ipse praecerat exhiberi; tamen pro nomine suo, ac desiderio perfectionis non solum contentanda simpliciter, sed etiam odio habenda esse decernens.) conjugat eos similiter etiam uxorum nomen, dicens: Et omnis qui reliquit domum, vel fratres, aut sorores, & animum qui reliquit, aut uxorem, aut filios, aut agros: &c. in tantum ergo perfectioni, quam praedicat, nihil pariter comparari, ut illam quoque necessitudinem solvat patris, ac matris, quae secundum Apostolum ad Ephesios c. 6. primum obtinet in reprobatione mandatum. Honora felices patrem, & matrem (secundum Matthiam ubi supra) quod est mandatum primum in reprobatione, ut bene fit tibi, & sis longevus super terram: eamque desipat pro suo amore praecipit. Evadent itaque sicut eos Evangelicus sermo condemnat, qui non interveniente adulteri crimine uxoris vincula distumpunt, ita ob amorem Christi, & desiderium castitatis, his qui jugum carnale rejecerunt, etiam centupla praemia promittit. Quapropter si fieri potest, ut ad hanc operantiam mhi parum, accepta tamen ratione secleris, felices ut Domino servientes, poenam gehennae pariter vitentem, castitatem conjugii non resuto, imo etiam majore adhuc dilectione complexor: agnosco enim, & veniar majore adhuc dilectione charitatis in Christo coherere non resipio, nec a me separo, quod Dominus mihi prima statim conditione lege conjunxit, dammodo sis, & ipsa, quod conditor esse te voluit. Si vero non adiutorium esse vuleris, sed in deceptionem, & administriculum te non mhi, sed adversario malueris exhibere, atque ob hoc attributum patris conjugii sacramentum, ut te huic, qui ingeritur, fraudans fallas, insuper etiam me ad sepulcrum reprobis Salvatoris. ita illam Abbatis Joan. imo Christi ore prolata sententiam per vultus apphendam, ut me a spiritualibus nonnulla carnis rellere possit affectu. Qui enim inquit, non odit patrem, & matrem, &c. Lucae cap. 14. ad huc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Cum ergo his, atque hujusmodi verbis, & sententia, & ad hunc intentum, & in eadem oblationis duricia permaneret: Si ergo (inquit B. Theonas) te abstrahere morte non possum, nec tu me separabis a Christo. Tutius est autem mihi cum homine, quam cum Deo habere divorcium. Aspirante itaque gratia Dei, diffinitiois suae executionem inducent aggressus est, nec interepere per aliquam moram desiderium sui passus est ardorem: cum confessum omni mundana facultate nudatum, ad monasterium pervolvit, ubi in brevi carnis splendore sanctitatis, & humilitatis exiit, ut beate memoris